



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1842

VII. Des Raths zu Wittstock Zeugniß über eine von dem Bürger Gerhard dem Kloster Doberan im Dorfe Zechlin abgekaufte Leibrente, im Jahre 1251.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

ratio veritati consona docet, ut acta ipsorum presentium digna memoria scriptis et sigillorum appensionibus sic servemus integraliter, ne per oblivionis exitum excedant scienciam futurorum, notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod nos de mera liberalitate ob remedium animarum progenitorum nostrorum ac proprie salutis venerabili cenobio in Duberan in honorem beatissime semper virginis Marie, que eterni regis filii Dei mater est et filia, honorifice constructo, villam Szechelin dictam cum LXXX. VI. mansis ac rivulum Woleyisz una cum stagno Lubetowe nuncupato cum piscaturis et molendinis edificandis, cum silvis et agris, pratis et pascuis et usuagiis, usque ad determinationes circumjacentes, pleno jure secundum libertatem consuetudinis ordinis Cysteriensis, ita ut nemini servire teneantur homines in eisdem bonis commorantes, nisi soli Deo et Doberanensi cenobio, et sint immunes ab extructione urbium et poncium et aggerum, et ab extorsione vectigalium et theloneorum, et ab expeditione qualibet, nec non ab omni jure advocatorum vel juris nostri executorum, contulimus perpetuo prenominata bona pacifice possidenda, scire nichilominus oportet de predictis bonis videlicet LXXXVI. mansis Arnoldus miles de Nygenkerken, Fridericus miles de Ekstedede, Thidericus miles de Ekstedede, decem mansos, libertate a nobis donata, in remissionem peccaminum suorum, predictae ecclesie contulerunt. Ut autem hec donacio firma ac inconvulsa permaneat, litterarum nostrarum testimonio ac sigilli nostri appensione duximus muniendam. Testes sunt hy: Nos Nycholaus et duo filii nostri Domicelli Henricus et Johannes, Heinricus Grubo et filius ejus Henricus, Arnoldus de Nienkerken, Otto Bersarius, Geroldus de Peccatle, Stephanus prepositus, Johannes de Havelberch, Hermannus Dargaz, Jerezlaus, Vnizlaus, Ekbertus de Myrowe, Wernerus Capellanus, Hermannus Advocatus, Harnith et alii quam plures: Datum Robole. Anno gracie M. CC. XL. IX. II. Kalend. Novembris.

Nach dem Diplomatario Doberanense. Westphalen a. a. D. Sp. 1492. 1493.

VII. Des Raths zu Wittstok Zeugniß über eine von dem Bürger Gerhard dem Kloster Doberan im Dorfe Zechlin abgekaupte Leibrente, im Jahre 1251.

Vniuersis christi fidelibus presentem paginam inspecturis. Vniuersi consules civitatis Wizstok salutem in domino. Notum facimus uniuersis, quod Gherardus cuius noster cum uxore sua simul et matre pro remissione suorum peccaminum contulit ecclesie Doberanensi decem talenta grauis monete condicione tali, ut singulis quoad uixerint annis percipiant fructus quatuor mansorum in uilla nomine Zechelin, ita ut in obitu dicti G. duorum mansorum redditus cedant claustro, in obitu uxoris unius mansi, in obitu uero matris unius mansi redditus claustrum pacifice possidebit. Ne autem ab heredibus dicti G. et uxoris sue vel a quoquam alio ecclesie Doberanensi super facto rationabili ulla in posterum possit calumpnia suboriri, quod absit, sigilli nostri appensione presentem paginam roboramus. Testes huius accionis sunt hii: dominus Heynricus de Grechellestorp, Randico magister de Dranso, frater Heynricus cammerarius in Koz. Datum in Wizstok anno domini M^o CC^o L^o I., in uigilia seruacii episcopi.

Nach einer vom Archivar Lisch mitgetheilten Abschrift des im Großherz. Geh. und Hauptarchive zu Schwerin befindlichen Originals.